e. g. impoſſibile eſt, ut triangulum non habeat tres angulos, ut circulus non ſit rotundus, ut Deus non exiſtat, ut anima noſtra non cogitet. Plura eſſent adjicienda & præcipuè exempla contradictoriarum ſententiarum, & monſtrandum, quomodo altera concipi, altera verò nequeat; Sed brevitatis ſtudiô hæc & alia alii occaſioni excutienda relinquimus. Jam concludimus dicentes

S. D. G.

PARADOXA.

I.

Poſſibile eſt ut in judicio extremô quidam v. g. die Sabbathi, quidam die ſolis reſurgant.

II.

Etiam tenaciſſimus papiſta absque diſpenſatione Papæ die Veneris carne veſci poteſt.

III.

Licet duo homines & eôdem momentô & locô nati ſint, tamen poſſibile eſt ut alter alterum ætate multis menſibus vel etiam annis ſuperet.

(o)

Coll. diss. A. 1, misc. 13